Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-681124-p0001-1

Occasionalia
potissimum Carmina
vol. 27
P–V

VI-183

VI-183.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-681124-p0002-7

~~453~~
449

# SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES,

QUIBUS,
AUSPICIIS
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI SERENISSIMIQUE
PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI
# FR. AUGUSTI,
PRINCIPIS REGII ET ELECTORATUS SAXONICI HEREDIS,
PRO-RECTORE MAGNIFICO,

VIRO
EXCELLENTISSIMO, ATQUE EXPERIENTISSIMO,
DOMINO
# IO. GOTH. BERGERO,
ARCHIATRO REGIO, COLLEGII MEDICI SENIORE,
ET PROFESSORE PRIMARIO,
A
DECANO MAXIME SPECTABILI
GEORGIO GUILELMO
KIRCHMAYERO,

GRAECAR. LITERAR. PROFESSORE PUBLICO CELEBERRIMO,
NOBILISSIMUS CLARISSIMUSQUE JUVENIS,
WOLFFGANGUS CASPARUS
TROPPANNEGERUS,
DRESDENSIS
*PRIDIE KL. MAIAS ANNO MDCCX. AUGEBATUR,*
FAUSTOS AC FORTUNATOS ESSE PRECANTUR
PATRONI, FAUTORES, ET AMICI.

---

*VITEMBERGAE,*
PRELO KREUSIGIANO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-681124-p0003-2

INſita vis patrum natorum in pectora manat,
Atque illos ſtimulis acribus acta fodit.
Non mora, non requies, incenſi laude paterna,
Surgunt, ut partum multiplicentque decus.
I, tua quo Te iam virtus vocat, atque ſecundis
Auſpiciis Sophies præmia docta cape.

*Summos in Philoſophia honores, induſtria & ſtudio partos, ex animo gratulatur*

IO. GOTHOFREDUS, BERGERUS,
Acad. PRO-RECTOR.

---

*EXeris ergo tuas virtutes, Teque Camœnis*
*Noſtris non una de ratione probas.*
*Macte tua virtute: Innatas exere vires.*
*Virtutes nobis exere porro tuas!*

Honores in ſtudio ſapientiæ ſummos Nobiliſſ. juveni gratulaturus dabat

GOTTLIEB WERNSDORFIUS, D.

---

LÆtor honore, pari ſtudiis, & pectore grator
Et patriæ, & PATRI. Proſpera cuncta fluant.

*Sic inter magni Parentis gaudia, & omnium bonorum acclamationes, & vovet, & optat, & precatur*

JO. HENR. FEUSTKINGIUS,
S.S. Theol. Doct. ejuſdemque P.P. & Conſiſtorii Regio-Electorali Aſſeſſor.

---

NOminis egregio fulges ſplendore paterni,
Incipis & propriæ ſpargere lucis opes:
Ut Pater Illuſtres interque Machaonas exſtat,
Par decus, & ſanctus ſic Tibi conſtet honor.

Nobiliſſ. Domino Candidato de Magiſterii honoribus peramanter gratulatur

MARTINVS CHLADENIVS, D.P.P.

---

SIc Tua frons teneris foliis redimita coruſcat,
Et caput Aonidum turba novena polit.
Lætor, & ex animo ſummos Tibi grator honores,
Et precor, agnomen creſcat honore Tuum.

*Gratulab. apponebat*

C. H. HORN, D.

Alma

ALma parat Sophie convivia pigvia, lautas
Dapes, fœcundos dat calicesque ſuis
Frondeque convivas viridi non vina coronat,
Ad dulces epulas quos vocat illa ſuos.
Te quoque quod voluit feſtivæ accumbere menſæ
Grator. & exopto hic ut Tibi proſit honor.

B. O. C. S.

**H. GRIBNER, D.**

*DIgna Patris ſoboles, pulchro de ſangvine ſangvis,*
*Virtutem ad patriam cui properare placet.*
*Tu quoque purpurea velatus tempora vitta*
*Doctorumque meres, ut ſociere Choro.*
*Accipe queis Sophie merito Te mactat, honores,*
*Quos meruit Virtus ſedulitasque Tua.*
*Sunt hæ primitiæ, major quoque reſtat honorum*
*Meſſis, qvos horto continet illa ſuo.*
*Macte ita plura Tuis proſtant conatibus, olim*
*Præmia digna Tibi ſummus Apollo dabit.*

Quod ex animo vovet addictiſſimus

**D. CHRISTIANVS VATER, P.P.**
& Arch. Anhalt.

POſt tot ſudores, poſt tot certamina, tandem
Praemia virtutis maxima iure refers.
Vt patriae, utque tibi pulcherrima laurea proſit,
Ominor, et ſtudiis candida fata precor.

*Ornatiſſimo Magiſtro ſuo, magnae Iuueni exſpectationis, gratulab. ſcrib.*

**GEORG. GVIL. KIRCHMAIERVS, P.P.**
h. t. DECANVS.

QVi uirtutis iter recta indefeſſus inibit,
Non poterit nullo praemia ferre modo.
Perſtat enim ſine fine decus Sapientiae amori,
Ingeniisque probis ſtat ſine fine decus.
Hoc Tibi iam gratabor, & hoc iter, opto, ſubinde,
Nomen ut usque Tuum condecorare queat!

Honoribus in Philoſophia ſummis, uirtute, et indefeſſa induſtria partis, ultro libenterque applaudit, et tam eximium ac perenne laudis monimentum gratulatur, ac perpetuum eſſe uouet

**HENR. LEONARD. SCHVRZFLEISCHIVS, D.**
Hiſtoriarum P. P.

ALbiades plaudunt hilares ducuntque choreas,
Dum Sertum capiti nectit Apollo Tuo.
Applaudo merito votumque adjungo precantis,
Ut nil, quod plauſum non mereatur, agas.

*Hoc plauſu Nobiliſſ. Dn. Troppannegerum, veſtigiis Excellentiſſimi Parentis alacriter inſiſtentem, & ex laboribus honorum primitias decerpentem, excipiebat*

M. AVGVSTVS WOLFIVS,
Eccleſiaſtes.

---

*QVem vigor ingenii, quem virtus inclyta PATRIS,*
*Quem laudis ſtudium concitat atque movet;*
*Quis neget Aonias inter doctasque catervas*
*Hunc merito primum poſſe tenere locum?*
*Perge igitur curſu reliquos ſuperare relictos,*
*Et mox Te ſummus, crede, ſequetur honos.*

Sic, majora honorum incrementa ominatus, Nobiliſſ. DN. TROPPANNEGERO honores in Philoſophia ſummos, cum laude reportatos, gratulabatur

JO. CHRISTOPHORVS WOLFIVS,
Prof. Philoſ. Extraord.

---

INclyta non ſemper laceris ſapientia pannis
Spernitur, aut tenui ſerpere ſueuit humo:
Et ſuus ingeniis honor, et ſunt praemia Muſis
Iuſta, quibus doctum creſcit et ornat opus.
Haec igitur, Tibi pro meritis contingere, laetor,
Maius et hinc hilari ſpondeo mente decus.

*Clariſſimum Dn. Troppannegerum, dignum magno Parente filium, ſummos in Philoſophia honores primo loco capeſſentem, fauſta gratulatione proſequitur*

M. IO. GVIL. IANVS,
Ord. Phil. Adi.

---

*ET quidni meritos et ego gratarer honores,*
*Cum ſtudii dederis tot documenta Tui?*
*Teſtor et aduerſos animos, et teſtor amicos,*
*Queis uires mentis iudiciique, Viros.*
*Certatim plaudunt omnes, et fauſta precantur,*
*Votis coniunctis inuidiamque fugant.*

His paucis nouos honorum acceſſiones Nobiliſſ. Dn. Magiſtro gratulatus eſt

M. FRIDERICVS STRVNZIVS,
Ord. Philoſ. Aſcript. et SS. Theol. Candid.

---

SEdula ſic tandem veſtivit tempora laurus,
Iuſtaque virtutis præmia Apollo dedit?

Colla-

Collatos ideo TIBI laetus grator honores;
Poſthac Euſebie nomina plura dabit.

Hiſce
*Clariſſimo DN. TROPPANNEGERO, magni Parentis filio haud degeneri, ſummos in Philoſophia honores conſecuto applaudebat*

M. IO. ANDREAS KNOBLACH,
Ord. Phil. Adi.

---

INvia virtuti nulla eſt via, dixit Apollo,
*Parnaſſum monſtrans, et ſua dona, DEVS.*
*Tu pares, Phoebo dudum cariſſime fili,*
*Atque alacris Pindum, et munera diva petis.*
*Macte nova virtute eſto! Sic itur ad aſtra:*
*Sic tandem creſcent prima Magiſteria.*

f. gratulabundus
M. D. G. PLARR.

---

QVod, Troppannegere, Tibi mea carmina ſurgant,
Cauſa Magiſterii eſt ſplendida mitra Tui.
Perge, Tuumque caput rutilantibus inſere ſtellis.
Et ſic poſteritas nomen ad aſtra uehet.

*gratulabundus ſcrib. Vitembergæ*
M. VALENTNVS GOTTFRIDVS HERCKLITZ,

---

PUblica Pierides recte TIBI præmia ſolvunt:
Ornant ingenuum pilea docta caput.
Scilicet ut ſtudium inflamment, laudataque virtus
Creſcat, dum Muſis ſe placuiſſe videt.
Leucoreis placuiſſe Sophis non ultima laus eſt;
Fecerunt magnos hæc juga ſæpe viros.
Perge favet, mi Chare, Tuis conatibus æther,
Majoris forſan pignus honoris habet.

*Honores pridem meritos Clariſſimo VIRO, Fautori amico, et quondam Convictori ſuo æſtumatiſſimo ex animo gratulatus ſcrib.*

M. CHRISTOPHORVS LVDOVICVS STIEGLITZ,
Lipſienſis.

---

Es kan die falſche Welt uns durch verkehrte Lehr/
Noch eh' als glattes Eyß zu ſchweren Fällen bringen.
Es irret ohne Geiſt und Wiſſenſchafften ſehr/
Wer dieſen Nebel will gantz ſorgenloß durchdringen.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-681124-p0007-5

Er wagt ſich/ werther Freund/ ſehr wohl geſchickt hinein/
Drum Jhn die Muſen jetzt/ gelehrter Meiſter/ nennen.
Ein Meiſter muß Er fort von Kunſt und Glücke ſeyn/
So wird man einen Wolff/ der Schaffe hütet/ kennen.

**H. G. von Miltitz.**

---

EInſt fragte Lyſias, wie es doch immer käme/
Daß unter Freunden/ die dem Schein nach/ ſehr vertraut
Jedoch die Freundſchaffts-Pflicht in einem Huy abnehme/
Und faſt kein eintziger auff Freundes Worte baut?
Ja; ſagte Pythias: das iſt die neue Mode:
Bey vielen lacht der Mund/ das Hertz weiß nichts davon:
Man obligiret ſich zu dienen biß zum Tode/
Doch wanns zum treffen komt/ ſo gehts auß andern Thon.
Der Freundſchafft Wurtzel treibt nicht mehr aus Hertzens Grunde/
Sonſt litte Treu und Glaub nicht ſolche groſſe Noth/
Sie ſitzet ohne Grund ſo bloß im offnen Munde/
Füllt man nun ſelben nicht/ ſo liegt die Freundſchafft todt.
Mein Freund/ mein halbes Hertz/ Du Antheil meiner Seele/
Du haſt mein eigen Hertz vor längſtens treu erkannt/
Und daß ich Deine Treu mir wiederum erwehle/
Geſchicht/ weil ſelbige feſt als ein Diamaut.
Uns ſitzet nicht ſo bloß die Freundſchafft auff der Zungen/
Wir kennen beyderſeits die neue Mode nicht:
Uns hat von Jugend auff des Himmels Trieb gezwungen/
Einander treu zu ſeyn mit wahrer Freundſchaffts-Pflicht.
Wir theilen Freud und Leid: Was eines Hertze rühret/
Das wird des anderen zugleich auch mit gewahr;
Ein Hertz/ ein Sinn/ und Muth/ wie Freunden ſonſt gebühret/
Trifft man/ ich heuchle nicht/ bey uns an auff ein Haar.
Welch Leid betraff mich nicht da Dich Morbonens Hände/
Nur neuligſt unvermerckt ſo harte griffen an/
Mein Geiſt gedachte da an nichts als an das Ende/
Und in Gedancken gieng ich ſchon des Todes-Bahn.
Da nun Dein kluger Sinn mit Lorber wird gekrönet/
Da ein Violner Bund wird vor Dein Haupt geweyht/
Sich da! So wacht mein Geiſt der Dir ein Lied erthönet/
Und frohe Wündſche gleich den holden Ambra ſtreut.

Der

Der Höchſte laſſe Dich in ſtetem Glücke blühen/
Und ſchmücke Deinen Gang mit ſtetem Wohlergehn;
Er ſeegne Deinen Fleiß und embſiges bemühen/
Daß hoher Stand und Ehr ſtets beyeinander ſtehn.
Trifft diß mein wünſchen ein/ ſo bin ich höchſt vergnüget.
Wohlan! Wir gehn zuletzt ein feſtes Bündnüß ein:
Trotz! daß es Schmeicheley und blaſſer Neid beſieget!
**Bleib Du mein Jonathan/ ich will Dein David seyn.**

Seine auffrichtige Liebe und Freundſchafft wolte in dieſen wenigen Zeilen ſeinem werthgeſchätzten Freunde bey erlangter wohlverdienter Magiſter-Würde zu erkennen geben

**M. Joh. Friedrich Wichmannshauſen/**
S. S. Theol. Stud.

---

WEr keine Müh und Fleiß und keine Arbeit ſparet/
Und auf der Tugend-Bahn nach Würd' und Ehren ſtrebt
So daß Er durch ſein Thun genungſam offenbahret
Daß ein recht edler Muth in ſeiner Seele ſchwebt.
Dem wird die Ehren-Kron gar bald von ſebſten zieren/
Wie mir dis heute zeigt Er Werthgeſchätzter Freund/
Mit Luſt hab' ich an Ihm bishero ja geſpühret/
Wie Fleiß und Tugend ſtets in ſeinen Thun erſcheint.
Wie mit beſondrer Müh/ Er wahren Ruhm geſuchet/
Wann Er bald diſputirt bald Gottes-Wort gelehrt/
Ob es der Neid gleich offt aus bittren Haß verfluchet/
Hat es bey Redlichen doch ſeinen Ruhm vermehrt.
So muß Appollo wohl mit Recht ſein Haupt bekröhnen/
Mit einen Lorber-Crantz der ſeiner Tugend Lohn/
So muß zu Tugend Er bey Zeiten ſich gewöhnen
Denn ſiht mann daß Er ſey des Troppannegers Sohn.
Als welchen Nahmen ja mit Ruhm gantz Sachßen kennet;
Ja da durch Wünſchen will ſich zeigen meine Pflicht/
Dem der mir ſeine Gunſt aus treuen Sinn gegönnet/
Erlaub' Er daß Sie es durch dieſen Wunſch verricht.
Der Höchſte laſſe Ihn in ſteten Ehren leben/
Auff daß mit ſeinen Fleiß die Würde ſich vermehrt/
Und über ſeinen Haupt nur Glück und Freude ſchweben/
So wird nach Wunſch erfüllt was eyffrigſt jetzt begehrt.

Deſſen treugeſinnter Freund
**M. S. Voigt/**

---

NOn erat parvum decus olim eorum,
Qui manu forti fuerant adepti
Nobilem palmam, fuerantque cincti,
Tempora lauro.

 Gloria

Gloria aſt maior (niſi totus erro:)
Accidit Muſis hodie, atque earum
Filiis: ſerto hos Sophico coronat,
Praeſes Apollo.
Gratulor quare TIBI CARE AMICE,
Hoc decus, virtus TVA quod capeſſit,
Det DEVS plures ea poſt ſequantur,
Poſtulo, honores.

*Pauca haec eaque levia in honorem Nobiliſſimi Dn. Candidati Fautoris et amici ſui optimi ſcribebat*

IO. GODOFREDVS HUNICHIVS, Phil. et S.S. Theol. Cult.

---

QVare pampineus non lambit tempora ramus?
Curque Tuo capiti myrtus odora deeſt?
Talia non decuit forſan geſtare brabea?
Sic eſt; in turpi non reperitur honos.
Optaſti Cypridos nunquam vel praemia Bacchi
Hinc Phoebi miles congrua ſerta capis:
Gratulor utque Tuae ſummas aliquando tiaras
Annectat Lauro Leucoris alma precor.

*Ita Honoribus Nobiliſſ. Dn. Candidati doctrina ac virtute partis applaudere debuit*

IOH. GOTTHELF SEYRICH, Dreſd.

---

AN Petrus Romae fuerit, ſub iudice lis eſt,
TE Vittembergae nemo fuiſſe neget,
En pia dona dedit TIBI Vitemberga Sophorum,
Quae Petrus Romae rite tenere nequit,
Sic Vittembergae, maneas! fuge limina Romae:
Hannibal ad portas TE, *Pietiſta*, puto.

*His paucis Nobiliſſimo atque Doctiſſimo Dn. Magiſtro Fautori atque amico ſuo maximopere colendo de noua honoris acceſſione gratulatur*

IO. GODOFREDVS Mehner / Phil. et S.S. Theol. Cult.

---

HJer nehm Er Wehrter Freund / von mir gefällig an /
Das / was die Schuldigkeit vor itzo lieffern kan /
Der edle Zeit Verluſt / läſt nicht auf Wörter dencken /
Dieſelben nach der Kunſt recht zärtiſch einzuſchräncken /
Die Hertzen dencken nicht an falſche Heucheley
Derſelben Redligkeit beleidigt nicht die Treu /
Nach der politſchen Art denſelben zu flattiren /
Diß kan Er Werther Freund aus meinen Weſen ſpüren.
Er kriegt Hochwehrter Freund / vor ſeine Müh und Fleiß /
Den wohlverdienten Lohn / den koſtbahrn Ehren-Preiß /
Womit Er rühmlichen in Leucorea pranget /
Weil Er durch ſteten Fleiß den ſchönen Sieg erlanget.
Drum gratulirt man ihn / ſehr wehrtgeſchätzter Freund /
Er nehme meinen Wunſch / der redlich iſt gemeint /
Auch alſo von mir an. Er lebe ſo beglückt
Biß man aufs neue ihm verdiente Lorbern ſchickt.

Gottlieb Abraham Witſchel / S.S. Theol. Stud.

(o)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-681124-p0010-1

Ung VI 183

KD 18
KD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-681124-p0011-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-681124-p0012-2

# SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES,

QVIBVS,

AVSPICIIS

RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI SERENISSIMIQVE

PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI

VGVSTI,

ELECTORATVS SAXONICI HEREDIS,

TORE MAGNIFICO,

VIRO

O, ATQVE EXPERIENTISSIMO,

OMINO

H. BERGERO,

IO, COLLEGII MEDICI SENIORE,

OFESSORE PRIMARIO,

A

MAXIME SPECTABILI

O GVILELMO

HMAYERO,

AR. PROFESSORE PVBLICO CELEBERRIMO,

CLARISSIMVSQVE JVVENIS,

ANGVS CASPARVS

PANNEGERVS,

DRESDENSIS

MIAS ANNO MDCCX. AVGEBATVR,

ORTVNATOS ESSE PRECANTVR

PATRONI, FAVTORES, ET AMICI.

---

VITEMBERGAE,

PRELO KREVSIGIANO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-681124-p0013-8